BIJLAGE 3:

*1450, 4 november : Bul van paus Nicolaas V ter goedkeuring van de stichting van drie missen per week in de kapel van het Lintkasteel.*

Nicolaus epistates servus servorum Dei Dilecto filio preposito ecclesie Cameracensis salutem et aplicarem bene sincere devotionis affectus quem dilectus filius nobilis vir, Nicolaus de Heetvelde, miles Cameracensis diocesis ad nos et Romanam gerit ecclesiam promeretur ut illa sibi favoribiliter concedamus per collatis pro anime sue salute et divini cultus augmento in castro suo de Lint, sito infra limites parrochie parrochialis ecclesie de Grymbergen predicte, dice unam perpetuam cappellanium in honore et vocabulo Sanctorum Nicolai et Catherine de novo fundare et instituere ac pro perpetuio capellano tres missas singulis ebdomalis et alia divina officia ibidem celebraturo sufficienter dotare proponit affectans ut ius patronatus ac presentandi personam ydoneam ad dictam capellaniam hac primarianice et quotiens mantea vacaverit sibi ac suis heredibus et successoribus interpetuum reservetur, quare pro parte dicti militis supplicatum, ut sibi capellam eiusdem castri si fundata vel perfecta seu consecrata non sit erigendi ac erigi et consecrari faciendi, necnon dictam capellanium infra castrum predictum in eadem capella fundandi et instituendi, illamque ut permittitur dotandi licentiam concedere necnon sibi ac eiusdem heredibus et successoribus suis patronatus ac presentandi personam ydoneam ad ipsam capellaniam postquam per eum dotata fuerit ut premittitur reservare aliasque in premissis oportune providere de benignitate applicata dignaremur, Nos igitur qui divinum cultum ubique iugere et augere suppremis affectibus desideramus humnodi supplicationibus defactioni tue per applicata scripta mandamus, quatinus si et postqua idem miles sufficiendem dotem pro domino, perpetuo capellano tres missas singulis septimanis ac alia divina officia ut premittitur celebraturo assignaverit capellam si fundata vel perfecta non fuerit erigendi ac erigi faciendi, necnon in ea capellaniam ipsam fundandi, instituendi et dotandi plenam et liberam licentiam auctiritate nostra concedas, et nihilominus ipsi militi postquam dotem humnodi assignaverit, necnon heredibus et successoribus suis imperpetuum ius patronatus ac presentandi personam ydoneam ad predictum capellaniam tam hac primariance qua quotiens illam pro tempore vacare contigerit eadem auctoritate reserves pariter et concedas volumus autem quid capella ipsa consecrata non fuerit per venerabilem fratrem nostrem episcopatum Cameeracensem ut moris est consecretur non obstantibus, constitutionibus et ordinationibus ceterisque contrariis quibus anque iure tamen dicte parrochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo. Dat Rome apud Sanctammariammaiorem anno Incarnationis Dominice millesimoquadrigentesimoquin-quagesimo quarto novembri, pontificatus nostri anno quarto.

ARB., <u>Kerkelijk archief van Brabant</u>, 8283 : Norbertijnerabdij te Grimbergen, kapel van Lint, bul van paus Nicolaas V, (4 november 1450).